Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 7

, 9.

Codex VII.

Chartac. Fol. maj. Sec. 14. v 15.

Alex. de Hales pars I. Sum. Theol.

1. j. 7.

Folium primum membran. litera initiali variegata eleganter ornata. Manus Sec. 14. seu 15 prodit. Continet partem primam Sumæ Theologiæ + Alexandri de Ales, foliis 204. quibus tabula annexa est. Incipit: "Quoniam sicut dicit boecius in libro de Trinitate"; et finitur: "Sit ergo ad laudem et gloriam „Salvatoris terminata est inquisitio de his, quæ per„tinent ad inquisitionem Sanctiss: Divinitatis et di„vinæ unitatis et trinitatis cui est honor et impe„rium per infinita sæcula sæculorum amen."

„Explicit primus Liber Sumæ magistri Alexan„dri de halis ordinis fratrum minorum."

Contuli codicem nostrum cum editione prima, nempe ab Antonio Koburger Norimbergæ 1482. impressa, quæ in nostra reperitur Bibliotheca (a), et illi per omnia similem inveni.

(a) A. 2. 12.

Alexander Alensis, Halensis, seu de Hales, Anglus ex ord. S. Franc. minor. obiit Parisiis 1245. Magister erat Bonaventuræ et Joan. Duns Scoti, inter Scholasticos Doctor irrefragabilis. Vid. Waddingum in Bibl. ord. minor. et T. I Anal. ad an. 1245. Notat inprimis clariss. Panzer p. Einleitung pag. Numb. p. 64: "Contra Hambergerum et alios, hanc summam Alex. Halensis non esse merum Commentarium in libros sentent. Petri Lombardi, sed opus Theolog. peculiari Systemate elaboratum. Vid. etiam Fabric. Bibl. med. et inf. lat. T. I. p. 64.

Alex. de Hal. es pars IV Sum. theol.

Cod. VIII.

Chartac. Folio maj.

1. j. 8

Antecedenti per omnia similis. Continet Sumæ Theologiæ Alexandri Halensis partem 4tam de Sacramentis in genere, et in specie de Baptismo, Confirmatione et Eucharistia, usque ad quæstionem 84. editionis Kobergerianæ, quæ de pœnitentia agit, in nostro autem codice cum subsequentibus desideratur.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 7

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1716

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)